

rant: & ubi ad doctrinam de remediis morborum per-
ventum erat, notabile regnabat frigus, ut animadvertit
doctissimus PROELEUS. *f* Verum progredere ulterius, &
quicquid suggerit humana sapientia, id compara cum CHRI-
STI magistri nostri doctrinis, & habebis distinctas à luce
tenebras, ab ignorantia veritatem, à vanitate sapientiam,
à furo salutem. Tam clara hæc sunt, ut ipse, quem alio-
quin à simplicitate Christi quandoque abire non abnuo,
auctor tractatus *g* *que la religion chretienne est tres-raisonnable,*
ea agnoscere habuerit necesse. Inquit enim: *si quis ve-*
lit corradere, quotquot habemus philosophorum regulas de in-
stituenda vita, easque comparare cum illis, quæ extant in libro
novi fæderis, ille cognoscet facillime multum adhuc abesse, ut
ille contineant doctrinam quandam moralem adeo perfectam,
quam quidem ea, quæ proposita est nobis à Jesu Christo & a-
postolis hominibus maximam partem simplicibus & litterarum
expertibus. Adeo prodest studium historiæ philosophicæ,
ut & nos ad intimos sapientiæ divinæ abyssos manuducat,
ostendatque eum, qui omnis cognitionis centrum existit.

§. XI.

de ejus u-

Vis hæc cognoscere ulterius? linque dogmata, *su ad a-*
ipfos doctrinarum auctores contemplare. Ostende quæ- *gnosce-*
so philosophum ex sapientissimis, *b* qui non vel vanæ lita- *dam divi-*
verit gloriæ, vel invidiæ se dederit avaritiæ, vel stolidæ ve- *nitatem*
xatus fuerit voluptatis stimulis. Ego talem ad hunc us- *Christi.*
que diem reperire haud potui, indeque credo factum esse,

B 2

ut

f De certitudine sensuum, rationis & fidei. part. 1. c. 1.

g P. 309. Edit. quæ prod. Amstelodami 1696. editus est
primum Anglice, post Gallice quoque prodit sub titulo
nominato.

b Vid. hic Cic. Thusc. quest. L. II. apud Clericum in par-
rhas. Tom. II. p. 240. seq. cum quo conferendus Jo.
Fr. Picus de Mirand. loc. cit. Lib. II. c. III. p. 107.
asserens: omnes humana philosophiæ principes mori-
bus maculatos & doctrina aberrasse, solos divinarum
litterarum auctores veridicos fuisse.